



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Acta Pacis Westphalicæ Publica**

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

worinnen enthalten, was vom Jahr 1643. biß in den Monath October Anno 1645. zwischen Jhro Römisch-Käyserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

**Meiern, Johann Gottfried von**

**Hannover, 1734**

**VD18 90103084**

§.L. Die Schweden communiciren ihre Proposition an den Reichs-Deputations-Convent, und exciti[ren] die Status nochmahls zum Congress; I. Der Schwedischen Gesandten zweytes Schreiben an den ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51787](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51787)

1644  
Nov.

rati erimus ad rem ipsam aggrediendum eaque facilitate tractandum, ut omnibus constet, nihil eorum, quæ ad universi Imperii Pacem omni ex parte æquam, tutam, decoram maturandum conducere poterunt, a nobis omissum esse: idem nobis de Excell. V. V. indubie promittentes. Quas hisce de cetero divinæ protectioni commendamus. Osnabrugæ d. 27. Nov. Anno 1644.

1644  
Nov.

J. A. Oxenstierna. J. A. Salvius.

## §. L.

Die Schweden communiciren ihre Proposition an den Reichs-Deputations-Convent, und excitiren die Status nochmahls zum Congress.

Damit auch sie, die Schweden, ihres Zwecks, die Reichs-Stände auf den Congress zu bringen, desto weniger verfehlen möchten, indem sie muthmasseten, daß schwerlich die Kaiserliche Gesandten dieselbe, durch Circularien, dazu einladen würden; so communicirten sie, solche ihre erste Proposition, an den Reichs-Deputations-Convent zu Franckfurth,

durch nachgesetztes Schreiben, N. I. und legten zugleich, sub N. II. dasjenige Schreiben nochmahls mit bey, welches sie, die Schweden, an selbigen Convent, sub 2. Oct. lezthin erlassen hatten, welches ihnen aber von Franckfurth, unerbroschen wieder zurick geschicket worden war:

## N. I.

Illustres, Generosi, Magnifici, Nobilissimi & Consultissimi.

N. I.  
Der Schwedischen Gesandten erstes Schreiben an den Reichs-Deputations-Convent zu Franckfurth.

Si est aliquod fatum Imperiorum, multi certe putant, vel fato regi, vel fatis destinari Germaniam. Omnes Status bellum execrantur; omnes Pacem inclamant: paucissimi aut media Pacis promovent, aut remouent obstacula. Atque utinam non plures bella ex bellis sererent, intestina externis aggravantes. Alter annus agitur, ex quo, universi & singuli quorum interest, Osnabrugis & Monasterii, pro statuenda Pace comparere debuerant. Exteri fere omnes, e locis etiam disitis, mature comparuere. Germanorum ipsorum, licet & proximi sint, & eorum præcipue interfit, adhuc dum nemo. Bini Electores hic, bini Monasterii, adfuturi jamdudum promittebantur: adhuc tamen nemo venit. Pro cæteris Ordinibus, tam Augustanæ Confessionis, quam Romanæ Religionis, fœderata Regna, per annos septem, tractatu armisque laborarunt, ut ad hunc diem convenienti Salvo Conductu munirentur. Muniti sunt, ut tuto convenire, & interesse ac negocia sua qualiacunque hic secure peragere possint: nemo tamen adhuc comparet! Interim Germania ruit ad exitium! Si Patriæ Patres non majori ejus cura aut commiseratione tanguntur: si Columnæ Imperii tantopere cunctantur ruinosa compagis minas suffulcire: si Status & Ordines ipsi fusque deque habent, ordo an confusio regnet, stet vel cadat Republica! Quid tandem ab exteris sperari debet, cernentibus non solum omnes amicitia & restaurationis oblata vias rationesque sperni, sed & sibi, pro gratia, moram culpamque protracti Tractatus falso a quibusdam imputari? Quod si contra Imperatorem aut Imperium a Fœderatis evocarentur in campum aliquem Martium; nemo renuentium constantiam tantopere miraretur. Nunc cum ad legitima Majestatis decora, autoritatem Comitiorum, propriam libertatem, amicitiam finitimorum, & in summa, ad pristinam pacandæ Patriæ felicitatem stabiendam, tam frequenter & amice invitentur: cum videant manifeste, non armis, sed amico Tractatu, miseriarum finem aut modum sperari posse vel debere, mirari profecto subit, quid eos tamdiu moretur! Neque enim credere possumus, eos sibi



1644.  
Nov.

sibi persuadere, absentiam suam presentia Cæsareæ Deputationis pensari. Nam ut id experiremur, & simul sincerum seriumque in Germanæ Pacis redintegrationem, obfirmatum S. R. Majestatis Sueciæ animum ipso facto ostenderemus, cum nostro in hanc urbem adventu, obtrulimus Cæsareis Commissariis, non modo mutuam Legitimationem nostram, verum etiam aliquoties Tractatus ipsius auspicia. Tantum vero abest, ut actionem principem acceptare voluerint, ut nequidem ad sola Procuratoria saltem ostendendum induci potuerint! Nunc Mediatoris defectum; nunc lites Sueco-Danicas, nunc Gallicas moras, nunc alia vana causati. Gallia jam satis ostendit, se pari cum Suecia affectu Pacem promotam cupere. Certe Gallica Legatio nihil acrius urget, quam ut, omni remora sublata, res ipsa quamprimum inchoetur: parata, siquid in Procuratoriis adhuc desideretur, ad satisfaciendum unicuique ex æquo & bono; modo idem pars altera velit. Litigia Sueco-Danica pertinere ad forum aut censuram Imperatoris aut Imperii, quis dixerit? nisi qui putaverit, patriam suam nondum satis intestina clade subactam, externis insuper bellis acrius affligendam esse. Quin & Galliæ Bataviæque Legati in eo jam alibi gnaviter defudant, non sine spe bona, fore, ut ex controversiæ ad colliminia Regnorum, more solito, brevi componantur, adeo, ut iste prætextus, trahendis potius quam avertendis Germaniæ calamitatibus excogitatus, rideretur. Scimus quidem Regem Daniæ sibi etiamnum reservare Interpositionem inter Imperatorem & Status Imperii. Ut autem simul, rebus uti nuncstantibus, Mediatorem agat, inter Sueciam & Imperatorem: id nec ipse desiderat amplius, nec rationi magis congruum est, quam per rei naturam fieri potest, ut hostis non sit hostis. Quod cum ita esse animadverteremus; ne tamen propterea Cæsareani vel mediationis vel modi defectum, ullo æquitatis colore prætereundum possent, oblata est iis ex abundantia, tractatio vel immediata, vel per Subdelegatos, vel mediante Legato Veneto, vel cooperantibus Imperii Statibus, vel tandem in scriptis. At illa repudiata: ista non admittitur hæc explosa: scriptum vero ipsum (ejus exemplar hic addimus) bis oblatum, tantum abest, ut inspexerint, ut nequidem tangere dignati sint! vultu, manibus, toto corpore adeo averfati, ac si contagiosum fuisset! Atque hanc tergiversationis ferram, prætenso singulis perpetuo Mandati defectu, nobiscum reciprocant usque ad diem primam mensis Septembris, quando ex Holsatia constans fama increbuit, non omnia illic ex voto Cæsarei exercitus cedere; jamque Comes AVERSPERGIUS in procinctu esset ad discedendum. Tum demum se Mandata cepisse professi, tabulas Cæsarei Procuratorii nobis ostenderunt: verum, non ut nobiscum tractarent (quomodo enim potuissent, potestate revocati Comitum, ipso abitu expirata!) sed ut majori ludibrio videremus, eos hætenus non tam potestate, quam voluntate sive permissu tractandi caruisse. Hæc indignitas postea quidem excusari velle videbatur, superventu Comitum a LAMBERG, cujus novam Plenipotentiam videndam nobis die 20. Septembris misit, non quidem ipse, sed abituriens jam Comes ab AVERSPERG cum Collega Domino CRANE. Verum tamen habeatne is simul Instructionem, sive utrum ei permissum sit, ut revera nobiscum de Pace agat, æque adhuc incertum est: cum incognitus adhuc degat. Ex quibus omnibus haud obscure patet, quantum sibi Germania de solis Cæsareanis promittere possit: Quia tamen ab aliis paulo jam major successura negotiationis spes præberetur: ne ofores Pacis, sub hac consiliorum rerumque vicissitudine, novis eam, pro more, tricis iterum involvant; necessitas & salus ipsa omnino postulat, ut ipsi Ordines Imperii presentia, auctoritate, & impulsu suo, huic tandem operi, manum cuneumque admoveant. Etenim multa experientia ratum firmumque apud nos est, absque efficaci Ordinum cooperatione, non modo nullam Pacem, sed vix ullos Pacis Tractatus sperandos esse. Sciunt ipsi,

Xr 2

nec

1644.  
Nov.



1644  
Nov.

nec solos Casareos posse, nec velle fœderatos Reges & Principes, absque iis tractare. Habent omnimodam ab utraque parte securitatem: Casareum & Imperialem consensum: Jus Suffragii quæsitum: summum denique interesse proprium. Nec vocantur ad conventicula seditiosa, sed ad honestæ Pacis colloquia: de viis nempe, mediis ac rationibus æquis, quibus, citra ullius legitimæ potestatis præjudicium, tranquillitas & amicitia publica ita stabiliri possint, ne vel Ipsi suæ libertati, vel Regna finitima suæ securitati, impostero metuere necesse habeant. Longe minori sumptu ac difficultate, pacifica hæc negotiatio institui, & per Dei gratiam, absolvi potest, si serio res agatur, quam bellum continuari. Ac, tamen centum adhuc annos duraret bellum, Pax tamen aliquando tandem tractari debet. Quidni ergo nunc potius, spirante adhuc parum patria, quam post animam plane exhalatam? Quæ omnia ideo Conventui nunc Vestro prolixius referenda censuimus, ut, quoniam ipsi præcipue promovendæ Pacis causa Francofurti adhuc degere dicuntur, quid hætenus hic actum, quo loco nunc sint Tractatus Pacis, quid eos moretur, quid promovere possit, tum ipsi videant, tum Principalibus suis aperiant, omnesque tandem, pro suo in Rempublicam affectu, ad communem Pacem mutuis operis & consiliis promovendam, nobiscum valide concurrant. Quod, si, ut sperabimus, prompte fecerint, annuet, procul dubio, Deus piis pacificorum conatibus & oprata Nos tandem omnes Pace beabit; Sin ulteriori mora, alii quicunque prætextus, communi bono prælati fuerint, eoque inopinatum aliquod præjudicium posthac Paci enascatur: coram Deo & Univerſo Orbe Christiano protestamur, non id nostra, sed juvari renuentium culpâ factum esse. Cogimur enim hic queri, fidem publicam nobis non servari; sed violatum in nobis esse Jus Gentium aliquoties: interceptis quinquies nostris nunciis: effractis retentisque nostris literis sæpius: semel capto Legationis Secretario: aliis cæsis, aliis spoliatis, aliis aliter male habitis e comitatu nostro. Nec fontes manifeste, ac temerata Legationis sanctimoniam postulati, vel puniuntur, vel deduntur. Multa quidem hætenus favore boni publici, dissimulando transmisimus. Ut plura expectemus, nec dignitas Majestatis Regiæ, nec nostra securitas patitur. Veniant itaque, si placet, mature, ut debitum finem his miseriis imponamus: vel ignoscant, si tandem & nos cum Sociis nostris, consilia quoque mutare cogamur. Atque his Eos divinæ protectioni officiose commendamus: Dab. Osnabrugis die 17. Octobr. Anno 1644.

1644  
Nov.

Illust. Generof. Magn. & Nobilissimis Dominationibus Vestris

ad officia paratissimi

J. O. A. J. A. S.

N. II.

Reverendi, Illustres, Generosi, Magnifici, Nobilissimi,  
Consultissimi.

N. II.  
Der Schwedischen  
Gesandten zwey-  
tes Schreiben  
an den Reichs-  
Deputations-  
Convent zu  
Brandenburgh.

Quo loco fuerint Tractatus Pacis usque ad præteritum Festum Michaelis, id retulimus ad R. R. & Ill. Dominationes Vestras d. 17. Octobr. Non possumus quidem plane comprehendere, quamobrem literæ nostræ non acceptæ, sed per ordinarium nuncium vicissim remissæ sint. Quantum tamen ex circumstantiis colligere possumus, videtur, id potius exhibitorum, quam ipsius Conventus culpa factum esse. Nullo enim alio fine scriptæ erant, nisi ut, ostensa Conventui Vestro præsentis rerum facie, & Serenissimæ Regiæ Nostræ in Pacem propensione, e responso Vestro vicissim intelligeremus,



1644.  
Nov.  
Dec.

mus, utrum nobiscum hic valide concurrere vellent, ad quietem fessæ Patriæ restituendam. Quod cum etiamnum de Vestra in patriam pietate nobis polliceamur, his eas denuo ad R. R. & Ill. Dominationes Vestras destinamus, idque eo magis, quod ab eo tempore non modo præcipua Pacis Præparatoria absoluta sint, Procuratoriis hinc inde commutatis, sed etiam prima Propositio ita facta, quemadmodum ex adjuncto his apographo videre licet. Quoniam itaque nihil amplius ad summam rei aggrediendum restat, nisi ut adsint Imperii Status: Vos autem eo potissimum nomine Francofurti congregati estis, ut, remotis ulterioribus obstaculis, salutarem Patriæ Pacem procuretis. Idcirco nullo R. R. & Ill. Dominationes Vestras alio argumento, Osnabrugam & Monasterium operosius invitabimus, quam eo, quod amor & miseratio Patriæ tot Sapientissimorum Virorum prudentiæ sponte suggesterit. Optime valete, &, quid e re fuerit, statuite mature. Dabantur Osnabrugæ die 28. Nov. 1644.

1644.  
Nov.  
Dec.

## §. LI.

Titulatur, welche der Bischoff von Osnabrück von den Spaniern præzendiret.

Wir wenden uns nun wiederum nach Münster, zu vernehmen, was dorten mit den Propositionen und sonst, vorgegangen sey: Zuförderst suchte der Bischoff von Osnabrück, als Gesandter des Churfürstlichen Collegii, seine Titulatur mit den Spaniern, zu reguliren. Er verlangte, sie sollten allezeit in Lateinischer

Sprache mit ihm reden, und ihn *Reverendissima Vestra Celsitudo*, nennen: die Spanier erklärten sich zwar zu dem ersten, wegen des andern aber, fleckirten sie den Titel nach der Deutschen Mund-Art, und nannten ihn, nach dem Deutschen Titel: *Ew. Fürstlichen Gnaden*, allezeit im Lateinischen: *Vestra Principalis Gratia*.

## §. LII.

Der Kayserlichen Gesandten zu Münster, erstere Friedens-Proposition an die Franzosen.

Die Tractaten in der Haupt-Sache betreffend, war unter allerselts Gesandtschaften zu Münster fest gestellet, solche würcklich anzugehen, ohne auf die Einkunft der geänderten Original-Vermachten von den Höfen, zu warten. Dem zu folge, exhibirten die Kayserliche Gesandten ihre erste schriftliche Proposition,

Sonntags den 4. Decembr. den Mediatoribus, versiegelt, durch des ersten Kayserlichen Gesandten Haus-Hofmeister, mit Verlangen, solche gegen der Franzosen versprochene Proposition auszuwechselfen. Der Inhalt davon war dieser:

Formalia derselben Proposition.

Augustissimus Imperator, Dominus Noster Clementissimus, quo primum tempore ad culmen Imperialis dignitatis, Divina favente Clementia, per legitimam Electionem, evehctus est, hoc unicum curæ ac cordi habuit, qua ratione, via ac modo Sacro Romano Imperio ejusque Electoribus, Principibus & Statibus, cum exteris Coronis, quarum exercitus præfenti tempore intra fines Sacri Imperii deprehenduntur, Pax & amicitia conciliari, pristinæ familiaritatis & pacificæ vicinitatis jura restaurari, commerciorumque mutua libertas reduci, cunctaque in priorem mutua societatis & fidei communicationem restitui possent,

Hinc est, quod Sac. Caf. Majestas statim à primo ingressu sui Regiminis, omnia & singula, quæ a Divo Patre Suo circa Pacis Tractatus acta & inchoata fuerant, reasumi curaverit, Legatos suos & Plenipotentarios ad loca conventa destinaverit, planissime persuasum habens, si ex unaquaque parte rectæ rationi & æquitati locum dare, atque ad restitutionem eorum, quæ hinc inde armorum potius violentia, quam juris ordine erepta sunt,

Nr 3

ani-